Priorn i Częstochowa kloster

Augustin Kordeckis

bref ($\frac{11}{21}$. Nov. 1655) till

gen. löjtn. Müller von der Lühnen.

Noverit Illma et Excellentma Dnatio Religiosam vocationem Nram
non habere ius eligendi Reges, sed electos à Proceribus Regni venerari.
Quia igitur Serenmum Regem Sueciæ totum Regnum sequitur, et in
Dominum suum elegit, ideo et Nos cum Loco Nro Sacro qui eiusq[ue]
sicut in Protectione, ita et in summa veneratione Regum Poloniæ
habitus, humiliter submisimus S. R. Mti Sueciæ; testantur Literæ
Salvæ Guardiæ Illmi et Excellentmi Dni Vitembergij Supremi Genera:
lis concessæ Monasterio Nostro de data 28 Octobris. Renovavi:
mus iterum Nostram submissionem novis datis Varsaviam Literis, super
quas benignum à Clementmo Domino expectamus responsum. Venera:
mur igitur tanquam submissi Subditi Serenmam R. Mtem Sueciæ
Dnum Nrum Clementmum, neq[ue] ulla Arma offensiva contra Exercitus
Serenmi Regis movere molimur. Vidimus ordinationem Serenmæ R. Mtis
sed quoniam Monasterium Nrum una cum Ecclesia diversa antiquitus gau:
deat denominatione et non impetit Clarus Mons, Oppidumq[ue] Czestochowa
ad Nrum Monasterium nulla rone pertineat, ideo nobis multam peperit
ambiguitatem. Quare obnixe Suæ Illmæ et Excellentmæ Dnationi sup:
plicamus, Conventum Nrum, Ecclesiam DEO et eius Ssmæ Matri Sa:
cram, in qua Maiestas Divina pro incolumitate Serenmi Regis Sueciæ
Dni et Protectoris Regni Nostri exoratur, Nosq[ue] quorum vocatio non est
potentiæ Regum resistere, velit in pace relinquere, quoadusq[ue] non fuerit
sublata ambiguitas per novam S. R. Mtis Sueciæ resolutionem. Non
aspernamur Excellmam Dnem, de cuius protectione multum et in posterum nobis pollicemur.
Quidquid S. R. Mtas imperaverit, libenter faciemus. Interim nos favori Illmæ
et Excellentmæ Dnationis, quam diligentme commendamus.

Illmæ et Excellentissimæ Dnationis Vræ